

## Alte Drucke

**FABVLA=||RVM QVAE HOC LI=||bro continentur, Interpretes  
atq; || authores sunt hi.|| Guilelmus Goudanus.|| Hadrianus  
Barlandus.|| Erasmus ...**

**Aesopus**

**Leipzig, um 1560**

**VD16 ZV 27832**

LAVRENTIVS ABSTEMIVS OCTAVIANO Vbaldimo Comiti Mercatelli, S. P. D.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

pater omnium elegantiarum, atq; idem leporum omnium merito sit & habeatur. Et ut hac clariora luce non officij gratia, aut temere dicantur quotidie, quemadmodum aliqua eius laborum monimenta existere uidemus quæ undiq; perfecta uerborum concinnitate, perspicua etiisimisq; sententijs scatent. Nam modo dicam de hoc apologorū libello nuper impresso, in quo perspicua ac insignis eius ingenij amoenitas, non absq; laude maxima redundare uidetur. Quare non uercor, ut is remisso euiscung; animo pessum eat. Abstemicq; absit inuidia uerbo) omnium quam iucundissimo detrahatur.

Cui & te & me optanti nominis celebriter tatem nulla unquam in re defuturos esse liquido consabit. Vale.

# LAVREN-

TIVS ABSTEMIVS OCTAVIA  
no Vbaldino Comiti Mercatelli,

**E**DITVRVS hunc apologorum libellum, quem de numero fabularum hecathomytum nuncipau, multum diuq; dubitau. Octavianus princeps inelite, tuo ne eum nomini potissimum dederem. Nam cum tuam in me non sine plurimis benefi-

S. P. D.

eis

dis perspicere me benevolentiam, non aliud mearum  
digilarum tibi deuouere, ingratisimi hominis esse uide  
batur. Rursum tuorum in me officiorum numerum, di-  
uisas quietutes tuas mecum ipse reuoluerem, indignum  
tantis meritis tantaq; sapientia munusculum hoc esse  
cernebam. Hanc tandem dubitationem meam amouit  
humanitas & prudentia tua, qua non tam res tibi dono  
datas, quam offerentium uoluntatem soles inficere.  
Addit quoq; mihi animum Guidus Vbaldus clarissi-  
mus dux & princeps meus omni laude maior, qui opu-  
sculum meum de nonnullis locis obscuris superiori an-  
no ei dedicatum uultu ita placido & serena fronte sus-  
cepit, ut sperare merito possem, hoc tibi qualemq; fo-  
renon ingratum. Non mediocriter etiam me incitauit  
Georgius Emus, pro Venetis hic agens legatus, non so-  
lum patricia nobilitate, uerum etiam bonarum artium  
studijs clarus, & Carolus Verardus Cæsena Archidia-  
conus Cæsere, & Alexandri Pontificis Maximi cubicu-  
larius, uir omni literarum genere præstans, nec non Re-  
natus, Melioratus, & Robertus Ursus Ariminenses Iu-  
risconsulti clarissimi, nec minus qui humanitatis ua-  
cant studijs, eruditii. Hi enim alijq; complures optimi  
barum rerum censors, cum hunc libellum legissent,  
multis me uerbis sunt ad æditionem cohortati. Non pu-  
tavi igitur tam humano principi hoc munus ingratum  
futurum, quod tot eruditis uiris ante placuisse cognos-

G 5 ueram.

ueram. Aecipe igitur hoc quicquid est libelli ab Abste-  
mio tuo, cuius nomen animumq; si penitus posses inspi-  
cere, in hac tenui re magnum munus tibi iudicares ob-  
latum. Ne quis autem inutilem & inanem hunc meum  
scribendi laborem existimaret, praefaciunculam quan-  
dam proponendam censui, qua intelligeretur doctos  
etiam & claros uiros in magnis rebus huiusmodi fabu-  
lis non uoluptatis tantum, uerum etiam utilitatis gra-  
tia delectatos. Sedulo dedimus operam, ut seria potius  
quam iocos saperent, unde ridiculas multas, quae inter  
componendum sece mihi offerebant consulto preteri,  
quia nimis lasciuæ, & tanti principis gravamine mihi  
uidebatur indignæ. Non tamen ita agrestis esse uolui,  
quoniam eas aliqua urbanitate aspergerem, maxime ad  
principem scribens, cum princeps curarum molo pres-  
si, soleant interdum recreandi animi gratia, iocos ap-  
petere. Vale.

## EIVS DEM ABSTEMII

## Proemium.

**C**ogitanti mihi uaria scriptorum genera, qui, ut  
humanæ uitæ prodecent, cogitationes suas litera-  
rum mandauere memoria, qui apologetos scripsi-  
re nō postremo loco digni esse uidentur. Nō enim modo  
mortaliū animos incredibili quadam afficiunt uolup-  
tate, uerum etiam ad res honestas, utilesq; peragendas suis  
fabellis, magis quam Philosophi suis praeceptis alliciunt.

N. 28

Nam ita in legentium animos quadam iucunditate per-  
netrant, & quibuslam similitudinibus, que maxime ad  
commouendos animos ualent, quid uitandum, facien-  
dumq; sit ostendunt, ut omnes etiam inuiti, illis assentire  
cogantur. Sensus enim audiendi fastidiosissimus, res  
etiam utiles honestasq; haud facile admittit, ni fuerint  
aliqua urbanitate condit.e Testis quidem orator Athe-  
niensis, qui ad Athenienses uerba faciens, cum eos mi-  
nus attentos uideret, rogauit, ut saltem fabulam audi-  
re dignarentur, quo impetrato, Ceres, inquit, & hirun-  
do & anguilla simul iter facientes, ad quendam fluui-  
um peruererunt. Hirundo quidem superuolauit. Angua  
illa autem amnem tranauit, quod cum dixisset, obtie-  
xit. Interrogantibus autem illis, quid Ceres egisset? Vo-  
bis, inquit, Dea uestra succensuit, qui eos, qui uobis uti-  
lia suadent, audire nolentes, tam attentis auribus confa-  
bulantes, auditis. Quantam uim apologi habeant ad  
animos commouendos, cum multis possem, tribus ero  
contentus exemplis ostendere. Samijs rectorem populi  
morti addicere uolentibus, Aesopus hac fabella dissua-  
dit, sic dicens: Vulpem quandam fluuiū transeuntem in  
lacunam fuisse propulsam, unde cum exire non posset,  
tenaci limo retenta, muscarum affligabatur aculeis, qd<sup>r</sup>  
ermacius conspicatus, misericordia motus est, interro-  
gauitq; an uellet, ut ab ea museas abigeret. At illa ab-  
mittit dicens, haec meo sanguine iam plene, paruam mihi  
possunt

possunt inferre molestiam, si autem has abegentis, alie  
famelice supereruerint, quæ quicquid mihi superest san-  
guinis exbaurient. Ita o uiri Samij uebis euenerit, si  
enim hunc rectorem uestrum iam locupletem occideri  
tis, alios eligatis, necesse est, qui dum se opibus uolent  
implere, quicquid hic uobis reliquerit, eripient. His ue-  
bris moti Samij, ab incepto desistere. Hac ratione addua-  
etus Tyberius Cæsar, diurnus magistratus dabat, unde  
(ut resert Iosephus) sub eo, per uiginti annorum spā-  
cia, per duos tantum presides. Gratum scilicet & pla-  
latum est iubernata Iudea. Non parcit populis regnū  
breue, ut inquit Statius: Himerenses Phalaridem Agri-  
gentinorum tyramen ducem exercitus sui eligere uo-  
lentes. Stesichorus Poëta hoc apolo go eos deterruit.  
Equus, dicens, solus pascet in prato, adueniente auie  
ceruo, & pascua corrumpe nte, consuluit hominem, qua  
posset illum arte punire. Cui homo, si frenum inquit, ac-  
ceperis, & me armatum dorsum tuum ascendere per-  
miseris. Cum huic consilio esset obsecutus, ceruum qui-  
dem hominis auxilio uictor abegit. Sed non amplius  
hominem dorso, non frenum depulit ore. Ita, inquit  
Stesichorus. Viri Himerenses uobis euenerit, si Phalaria-  
dem ducem efficietis. Hostes quidem uestrros punietis,  
sed huic Tyranno perpetuo seruiciis. Quibus uerbister  
riti Himerenses, huiusmodi ducis eligendi consilium de-  
posuere. Cū populus Romanus à Senatu secessisset, qui  
tribus

am 109

tributum & militiam toleraret, nec ullo pacto reduci posset, nonne Agrippa Menenius cum hoc apolo go re uocauit? Olim inquiens, Quirites, humani artus uenientem ociosum & desidem intuentes, ab eo discordarunt nec amplius sibi cibum ministrare deceruerūt, sed cum ipsis quoq; alimenta illi denegando, que per omnia membra deferuntur, deficerent, cum eo in gratiam redierūt. Eodem inquit modo, Senatus & populus, quasi uenter & membra, alterum alterius auxilio indigent, & ut discordia intuerunt, ita concordia ualent. Quia fabula populus reuocatus, cum senatu in gratiam redijt. Non immerito igitur, non solum Græci & Latini Poëtæ, ut Hesiodus & Horatius, huiusmodi fabulas suis operibus inseruerunt, uerum etiam maximi & celeberrimi Philo sophi, ut Plato, Aristoteles, Plutarchus, & multi alij eas plurimum commendauerunt, & ad institutionem moræ lis & ciuilis uitæ non minimum facere arbitrati sunt. Quocirca omnibus Leonicenus, & Laurentius Val lauiri etatis nostraræ doctissimi, paucos Aesopi apolo gos è græco in latinum uertere, sibi laudi, ceteris uero voluptati & utilitati fore nec dubitarunt. Et iure quidem, leguntur enim & in doctissimorum uirorum manibus quotidie uersantur. Nō uideo igitur cur has componendo fabulas laude fraudari debeam, quam ceteri Latini ex translatione consecuti sunt, nisi adeo inuidi sumus, ut Latinis licere non putemus, quod Græcis est cum summa omnium laude concessum.

DE

DE MURE IN CISTA NATVS  
TO. FAEVLA I.

VS IN CISTA NATVS,  
omnem ferē ibi duxerat etiam  
nucibus pastus, que in ea seruauit  
solebant. Dum autem circa oras  
ciste ludens decidisset, quere-  
retq; aescum, reperit epulas lau-  
tissime paratas, quas cum gusta-  
re ceperisset, quam stultus, inquit, hactenus sui, qui in to-  
to terrarum orbe nihil melius cistula mea esse credebat.  
Ecce quam suauioribus hic uescor cibis. Hæc fabu-  
la indicat, non ita patriam diligendā, si ignobilis sit, ut  
alia non aedamur loca, cū alibi beatiores esse possumus.

## DE R V S T I C O I M P E T R A N T E

ut triticum absq; aristis na-  
seretur. II.

**I**mperauerat à Cerere rusticus quidam, ut triticum  
absq; aristis naseretur, ne metentium triturantis  
umq; manus ledaret, quod ubi maruit à minutis ani-  
bus depastum est. Tum rusticus, quam digna, inquit, pa-  
tior, qui parua cōmoditatis causa, emolumenta quam  
maxima perdidit. Hæc fabula indicat, parua in-  
commoda maiori utilitate pensanda.

## DE ACCIPITRE COLUMBAN

in sequente. III.

CUM

**C**um accipiter columbam præcipiti in sequeretur  
uolatu, uillam quandam ingressus, a rustico pa-  
sus est, quem blande, ut se dimitteret, obsecrabat  
non enim te lexi, dicens. Cui rusticus, nec hæc, respondit  
te laeserat.  Fabula indicat, merito puniri, qui  
innocentes ledere conantur.

## DE ARANEA &amp; hirundine. IIII.

**A**ranea in birundinem excandescens, quæ mu-  
scas, qui suus est cibus, capiebat, retia in foribus  
per quas uolitare solebat, ut eam caperet, su-  
penderat. Hirundo nero aduolans, retia cum textrice  
per aeru portabat. Tunc aranea in aere pendens, et se  
iamiam peritoram intelligens. Quam iuste hæc patior  
dicebat, quæ minima uolatilia magno labore uix ca-  
pient, credidi tam magnas aues posse comprehendere.  
 Hac admonemur fabula, ne uiribus maiora aggre-  
diatur.

DE RVSTICO AMNEM  
transituro. V.

**R**usticus torrentem transiturus, qui forte imbri-  
bus excruebat, quærebatur uadum. Et cum pri-  
mum eam fluminis partem tètasset, quæ quietior  
placidior q; uidebatur, reperit eam altiorem, quam ani-  
mo erat opinatus. Rursus ibi breuiorem, tutioremq; ad  
inuenit, ubi maiori aquarū strepitu fluuius decurrebat.  
Tunc secum: Quam tutius, inquit, clamoris aquis, quam  
quic-

quietis, & silentibus uitam nostram credere possumus.

*Hac admonemur fabula, ut minus uerbosos & mias-*

*naces, quam quietos extimescamus.*

DE C O L V M B A E T P I C A . VI.

**C**olumba interrogata à pica, quid eam inducere  
Cut in eodem loco semper nidificaret, cum eius pul-  
li inde sibi semper surriperentur, simplicitas re-  
spondit. *Hac indicat fabula, facile esse viros pro-  
bos sāpe decipi.*

DE C U C V L O E T A C C I P I T R E . VII.

**I**risus ab accipitre cuculus, quod cum sibi & cor-  
pore par, & colore non absimilis esset, præ angu-  
stia animi potius uermibus terrenis, quam suauibus  
aliarum avium carnibus uesceretur, uidit paucis post  
diebus accipitrem à rustica, cuius columbas inseclabat  
tur, captum, ad metum cæterorum ex alta turre pende-  
re. Cui cuculus: Quām melius tibi, inquit, amice suis,  
uermes uenari, quam alienas aues impetere.

*Hac fabula indicat, eorum uitam tutiorem esse, &  
magis probandam, qui suis rebus sine periculo contem-  
ti sunt, quam illorum, qui aliena appetentes, adeunt ma-  
gna uita diserimina.*

DE A S I N O E T V I T V L O . VIII.

**A**simus & uitulus in eodem pascentes prato, soni  
tu campana hostilem exercitum aduocare pre-  
senserat. Tum uitulus, fugiamus hinc dō sedali  
inquit.

inquit, ne hostes nos capi uos abducant. Cui asinus, fuge tu, inquit, quem hostes occidere. & esse consuerunt asini nihil interest, cui ubiq; eadem ferendi oneris est proposita conditio.  Hæc fabula seruos admonet, ne dominos magnopere mutare formident, modo pri- oribus deteriores futuri non sint.

DE V V L P E & mulieribus galli-  
nam edentibus. IX.

**V**ulpes iuxta uillam quandam transiens, confite-  
xit cateruan mulierem, plurimas gallinas opis-  
pare assatas, alto silentio comedentes, ad quas  
conuersa. Qui clamores, inquit, & canum latratus con-  
tra me essent, si ego facerem, quod uos facitis? Cui re-  
spondens quedam anus: Pessima animalium inquit, nos  
que nostra sunt, comedimus, tu uero aliena furaris.  
 Hæc fabula nos admonet, ne putemus nobis in alie-  
na licere, quod proprijs dominis licet.

DE C A P O N I E V S pinguibus & macro. X.

**V**ir quidam complures capones in codem ornata-  
thobosco inclusos, largo nutricauerat cibo, qui  
pingues effecti sunt omnes præter unum, quem  
ut macilenter irridebant fratres. Dominus nobiles ho-  
spites lauto & sumptuoso accepturus conuiuio, impe-  
rat coco, ut ex his interimat, coquatq; quos pinguiores  
inuenierit. Hoc audientes corpulenti, se afflictabant,  
dicentes, quanto prestitis nos macilentos esse.

H

Hæc

**H**æc fabula in pauperum solamen coficta est, quorum uita tutior est, quam diuitum.

## DE TRABE ET BOBVIS

eam trahentibus. XI.

**T**rabs ulmea de bobus conquerebatur, dicens. grati ego multo tempore meis uos frondibus alui, uos uero me nutricem uestram per saxa & luta trahitis. Cui boues. Gemitus suspiriaq; nostra & stimulus quo pungimur, te docere possunt, quod te trahamus inuiti. Ignouit trabs.

**H**æc fabula nos docet, ne in eos excandescimus, qui non sua sponte nos laedunt.

## DE ARBORIBVS PVL:

chris &amp; deformi. XII.

**A**rbores cōplures in eodem creuerant loco, proceræ, rectæ, enodesq; preter unam humilem, paruam nodosamq; quam ut deformem, pusilamq; cæteræ ludibrio habere solitæ erant. A edificatus domum loci dominus, iubet omnes excidi, preter eam, quæ breuitate & deformitate sua, ædificium indecorum redditura uidebatur. Cæteris excisis, deformis hæc secum dicebat: De te non amplius querar natura, quod me turpem genueris, cum formositas tam magna uideam imminere discrimina.

**H**æc fabula nos admonet, ne doleamus nos natos esse deformes, cum multis formositas sepe nocuerit.

DE

A B S T E M I I .

91

D E C Y G N O I N M O R T E C A =  
nente, reprehenso à ciconia. X III.

C Ygnus moriens interrogabatur à ciconia, cur in  
morte, quam cætera animalia adeo exhorrent,  
multo suauiores quam in omni uita emitteret so-  
nos, cum potius moestus esse deberet. Cui cygnus, quia  
inquit, neq; cibi querendi cura amplius cruciabor, ne-  
que auecupum laqueos extimescam.

¶ Hæc fabula nos admonet, ne mortem formidemus,  
qua omnis uitæ præsentis miseria præciduntur.

D E M V L I E R E uirum morientem flente, &  
patre eam consolante. X IIII.

M ulierem adhuc iuuenem, eius uir animam age-  
bat, pater consolabatur dicens: Ne te afflites  
tantopere filia, alium enim tibi uirum iuueni,  
isto longè formosiorum, qui prioris desideriū facile mi-  
tigabit. At mulier doloris impatiens, ut quæ maritum  
ardentiamore persequebatur, non modo uerba paren-  
tis nō admittebat, sed intempestiuā alterius mariti mei  
tionem accusabat. At ubi maritum defunctum uidet, in-  
ter lachrymas & luctus parentem interrogat, an adsit  
ibi iuuenis ille quem sibi in uirum dare uelle se dixerat.  
¶ Fabula significat, quam cito defunctorum marito-  
rum amor, ex uxorum animo excidere soleat.

D E M V L I E R E A M A T O R I S  
discessum flente. X V.

H 2

Mulier

**M**VLier impudica amatorem suum abeunt, quem omnibus ferè rebus poliauerat, multis la chrymis prosequebatur. Interrogante autem eam uicina, eur ita inconsolabiliter fleret. Non discessum eius, inquit, sed pallium, quod ei reliqui, fleo.

**F**abula indicat, non amatores, sed eorum bona à meretricibus amari.

DE M V S C A Q V A E quadrigis infidens, puluerem se excitasse dicebat. **XVI.**

**Q**UADRIGÆ in stadio currebant, quibus musca insidebat. Maximo aut puluere tum equorum pedum pulsu, tum rotarum uolutatione exorto dicebat musca, quam magnam uim pulueris excitauit. **H**æc fabula ad eos spectat, qui, cum ignavi sint, alienam tamen gloriam suis magnificis uerbis in se transferre conantur.

DE A N G V I L L A conquerente, quod magis quam serpens infestaretur. **XVII.**

**A**nguilla interrogabat serpentem, quare cum similes essent atque cognati, homines tamen se potius, quam illū insequerentur. Cui serpens, quis rarus, inquit, me ludit impunè. **F**abula indicat, minus Ledi solere, qui sese ueliscuntur.

DE A S I N O, simia, talpa. **XVIII.**  
**C**onquerenti asino, quod cornibus careret. Simia uero quod cauda deesset, tacite, inquit talpa cum

me oculis captam esse uideatis. **H**æc fabula ad eos pertinet, qui non sunt sua sorte contenti, qui si aliorum infortunia considerarent, æquiore animo tollerarent sua.

**D**E NAVTIS Sanctorum auxilium  
implorantibus. **XIX.**

**N**auta quidam in mari subita & atra tempestate deprehensus, ceteris eius socijs diuersorum auxilium implorantibus, nescitis, inquit, quid petatis. Ante enim quam sancti isti ad Deum pro nostra liberatione se conserant, hac imminentis procella obrueruntur. Ad Deum igitur confugiendum censio, qui absq; alterius adminiculo, à tantis malis nos poterit liberare invocato Dei igitur omnipotentis auxilio, illico procel la cessauit. **F**abula indicat, ubi potentioris auxilium haberi potest, ad imbecilliores non fugiendum.

**D**E PISCIBVS è sartagine in prunas defilientibus. **XX.**

**P**lises adhuc uiui in sartagine, feruenti oleo coquebantur, quorum unus, fugiamus hinc fratres, inquit, ne pereamus. Tunc omnes pariter è sartagine exilientes, in ardentes prunas deciderunt. Maiore igitur dolore affecti, damnabant consilium quod cœperant, dicentes: Quanto atrociori nunc morte perimus. **H**æc nos admonet fabula, ut ita presentia uitemus pericula, ne incidamus in grauiora.

H 2 DE

DE QVADRUPEDIBVS societatem  
aduersus aues cum piscib. in euntibus. XXI.

**Q**adrupedes, cum bellum sibi ab auibus esset in dictum, cum piscibus foedus inierūt, ut eorum auxilio se ab auium furore tuerentur. Cum autem expectarent optata auxilia, pisces negant per terram ad eos accedere posse.

**C** Hæc nos admonet fabula, ne eos nobis socios faciamus, qui cum opus sit, nobis adesse non possint.

DE LEGATO AVARO TIBI-  
cimes decipiente. XXII.

**Q**uidam avarus pro patria legatus, in aliam urbem profectus erat. Cui tubicines presto afferunt, ut illius aures tubarum clangore, loculos autem suos pecunia implerent. Quibus ille renunciari iubet, non esse nunc locum cantibus, se in summo luctu & moerore constitutu, matrem enim suam obiisse. Tubicines autem sse frustrati, et moesti abeunt. Amicus quidem legati, audiens luctum, ad cum uisendum eō solandumq; accedit, interrogatq; quād diu mater eius obiisset. Quadrageinta iam anni sunt, inquit. Tum amicus intellecta legati stropha, in risum effusus est.

**C** Hæc fabula ad avaros facit, qui omni arte student conseruare pecuniam.

DE VIRO qui ad cardinalem nuper creatum  
gratulandi causa accessit. XXIII.

**V**ir quidam facetus admodum & urbanus, audiens amicum suum ad cardinalatus dignitatē assūptum, ad eum gratulandi gratia accessit. Qui honore timidus, amicum ueterem agnoscere disimulans, quisnam esset interrogabat. Cui ille, ut erat ad iocos promptus. Miseresco, inquit, tibi ceterisq; qui ad huiusmodi honores perueniunt. Quām primum enim dignitates eiusmodi estis affecuti, uisum, auditum, et ceteros sensus ita amittitis, ut pristinos amicos amplius non cognoscatis. *H*ec fabula eos notat, qui in altum sublati, ueteres despiciunt amicitias.

DE IV VENE senis curuitatem irridente. XXXIII.

**I**uenis quidā conspicatus senem in arcus tensi similitudinem curuum, interrogauit, an sibi arcum uellet uendere? Cui ille. Ecquid, inquit, est tibi opus pecuniam amittere? Si enim ad meam peruenceris atatem absq; pecuniae arcum tibi natura concedit.

*H*ec fabula indicat, minime irridenda uitia senilis etatis, quam nemo uiuendo effugere potest.

DE SENE puellam in uxorem accipiente. XXV.

**V**ir quidam imprudēs, ex anno septuagesimo uitae anno, puellam duxerat uxorem, qui ad id tempus in cōlibatu permansisset. Cui cum debitum soluere non posset, dicere solebat: Quām male uitam meam disposui. Juueni enim mihi uxor deerat, nunc autem senex, desum uxori. *H*ec fabula innuit, omnia suo tempore peragenda.

H. 4 DE

## DE A Q V I L A ET P I C A. X X V I.

**P**ea aquilam rogabat, ut se inter suos familiares & domesticos acciperet, quando id mereretur cum corporis pulchritudine, tum ad mādata per agenda linguae uolubilitate. Cui aquila, hoc facerem, respondit, ni uererer, ne quæ intra tegulam fiunt, tua loquacitate cuncta efferres.  H.ee fabula monet, im-  
guaces & garrulos domi non habendos.

DE T V R D O amicitiam cum hirun-  
dine incunte. X X V I I.

**G**loriabatur turdus, se amicitiam cōtraxisse cum hirundine. Cui mater, stultus es fili inquit, si credis cum ea te posse conuincere, cum uterque uestrum diuersa soleat appetere loca, tu enim frigidis, illa tepidis delectatur locis.  Hac monemur fabula, ne eos nobis faciamus amicos, quorum uita à nostra dissentit.

## DE R V S T I C O &amp; mure. X X V I I I.

**R**usticus quidam erat admodum pauper, sed adeo facetus, ut ne calamitatis quidē tempore natum leporis obliuisceretur. Is cum uillam suam casu, igne iniecto, ita ardente uideret, ut aliquo modo ignem extinguere posse diffideret, moestus spectabat incendium. Interim cernit murem quendam, qui villa egressus per culum quam oxyssime fugiebat. Oblitus damnorum rusticus, cucurrit, & murem corripiens, illum in medium iecit incendium, ingratum animal, tempore felicitatis mecum

meum habitasti, nunc quia fortuna mutata est, uillam  
meam deseruisti. *Fabula indicat, eos non esse ue-*  
*ros amicos, qui arridente fortuna, à latere tuo non dis-*  
*cedunt, turbata autem præcipiti abeunt cursu.*

DE HEREMITA uirgine ægrotante. X X I X.

**I**nstitutum est à natura omni animantiū generi, ut rei  
Veneræ libidine incitentur, à qua si qui homines,  
qui coruo albo rariores sunt, se abstinere uolunt,  
sepe in graues morbos incidere solent. Quidam igitur  
heremita ab ipsa adolescentia, ita titillationes carnis  
uicerat, ut usq; ad quintum & uigesimum etatis ana-  
num uirgo permaneret. Cū autem in eam etatem gra-  
uissime ægrotare cœpisset, medici nullum aliud salutis  
eius remedium se inuenire dicebant, nisi ut cum aliqua  
muliere coiret. Diu heremita recusauit, mori se potius  
uelle dicens, quam uirginitate, rem tam præclaram, &  
Deo maxime grata amittere. Assueti enim uirtutibus,  
agre illas à se discedere patiuntur. Vixius tandem pre-  
cibus & cupiditate uitæ, qua nihil homini sanæ mentis  
dulcius est, adductæ sibi mulieris infusus gremio, plac-  
idum petiuit per membra soporem. Experrectus autem  
uehementer angebat, & tantam uim lachrymarum  
effundebat, ut omnes qui aderant, illius misererentur.  
Quisque igitur consolari, & ut homo animo esset,  
hortari, quoniam Deus clementissimus pater, ei ignos-  
ceret. Quia non uoluptatis, sed recuperandæ sanitæ

H. S. 16

tis causa, opus tale patrasset. At ego, inquit, istud non  
sco, sed q̄ tantam dulcedinem citius expertus non sum.

**H**ec indicat fabula, humanam naturam adeo pec-  
atorum illecebris delectari, ut uitiorū uoluptatem fa-  
cilē uirtutum amaritudini anteponat.

DE DIVITE Q VODAM & seruo. XXX.

**V**ir erat diues, seruum habens tardi ingenij, quem  
regem stultorum solebat nuncupare. Ille hic  
uerbis sepius irritatus, statuit hero par referre.  
Semel enim in herum conuersus, utinam, inquit, rex ful-  
torum essem, in toto enim terrarum orbe, nullum meo  
latius esset imperium, & tu quoq; meo subesses imperio.  
**F**abula indicat omnia plena esse stultorum.

DE VIDVA VIRVM p:ente. XXXI.

**V**idua quedam diues, à vicina petebat, ut maria-  
tum sibi repeteret, quem non coitus gratia, qui  
ingratus sibi admodum erat, sed ne bona sua di-  
lapidarentur, exoptare se dicebat. Mulier sagax &  
uidua uersutias intelligens, se inquisitiram pollicetur.  
Paucis post diebus, uiduam conueniens, reperi, inquit,  
tibi uirum ex animi tui sententia. Est enim uir prudent  
& ad res gerendas natus, & genitilibus caret, quæ ta-  
bi cordi nō sunt. Cui uidua, abi hinc, inquit, in malam  
rem cum isto marito tuo tam illepidō, & si enim coitus  
appetens non sum, uolo tamen habeat, quod nos recon-  
ciliem, si quando cœperimus esse discordes.

Hec

**H**æc fabula indicat, nullum matrimonium felix, si clavis desuerit, qui virum & mulierem arctissimè constringit.

DE CANIBVS VREANIS VILLA-  
ticum in sequentibus. XXXII.

**C**anes complures urbani, quendam villaticū præcipiti in sequebantur cursu, quām diu ille fugit, nec repugnare ausus est. At ubi ad in sequentes conuersus substitit, & dentes ipse quoq; ostendere cœpit, omnes pariter substiterunt, nec aliquis urbanorum illi propinquare audebat. Tunc imperator exercitus, qui forte ibi aderat, ad suos conuersus milites. Committentes, inquit, hoc spectaculum nos admonet, ne fugiatur, cum præsentiori fugientibus, quām repugnantia bus uideamus imminere pericula.

DE ANV DAE MONEM  
accusante. XXXIII.

**V**olunt homines ut plurimum, quando sua culpa aliquid sibi acciderit aduersi, infortunam uel in dæmonem culpam conferre, ut se crimine exuant, adeo omnes sibi indulgent. Hoc dæmon ægrefans, cum uideret anum quandā arborem ascendentem ex qua illam ruituram, et in se culpam collaturam præuiderat, aceitis testibus dixit: Videte anum illam absq; meo consilio arborem ascendentem, unde eam casuram prospicio. Estote mihi testes, me ei non suauisse, ut soleat

soleata illuc ascenderet, mox anus cecidit, & cum interrogaretur, cur soleat a arborem ascendisset. Dæmon inquit, me impulit. Tunc Dæmon adductis testibus, probavit, id ab anu absq; suo factum esse consilio.

**F**abula indicat, homines minimè uenia dignos, qui cum liberè peccent, fortunam uel Dæmonem accusant.

### DE TESTUDINE ET

ranis. XXXIII.

**T**estudo conficata ranas, qua in eodem stagno pascebantur, adeo leues agilesq; ut facile quelli bet profilarent, & longissime saltaret, naturam accusabat, quod se tardum animal, & maximo impedimentum onere procreasset, ut neq; facile moueri posset, & magna assiduo mole premeretur. At ubi uidit ranas, anguilarum escam fieri, & cuiuscunq; uel leuisimo ictui obnoxias aliquantulum recreata dicebat. Quanto melius est onus, quod ad omnes ictus munita sum, scilicet, quam tot mortis subire discrimina. **H**ac fabula indicat, ne ægre feramus dora naturæ, quæ maiori nobis commoda jæpc sunt, quam nos intelligere ualeamus.

### DE GLIRIBVS QVERCVM

eruere uolentibus. XXXV.

**G**lires querent arborem glandifferam dentibus eruere destinauerant, quo paratiorem haberent cibum, ne uictus gratia toties ascendere et descendere cogarentur. Sed quidam ex eis, qui atate & usum

rum

## A B S T E M I I.

102

rum de prudentia ceteros longe anteibat eos, absterauit, dicens: Si nutricem nostram nunc interficiemus, quis futuris annis nobis ac posteris nostris alimēta præbebit.  Fabula hæc monet, uirum prudentem debet non modo præsentia intueri, uerum etiam futura longe prospicere.

## D E C A N E E T H E R O. XXXVI.

Anem quidam habens, quo magis ab illo diligenteretur, semper eum suis pascebatur manibus, ligatus soluebat. Ligari autem uerberari iubebat a seruo, ut beneficia a se, maleficia autem a seruo in illum uiderentur esse collata. Aegrè autem ferens canis, se assidue ligari uerbari, ausfugit, et cum increparetur a domino ut ingratus, et tantorum beneficiorum immemor, qui se fugisset, a quo semper dilectus pastusque fuisset, ligatus autem uerberatusque nunquam respondit quod seruus tuo iussu facit, at te fatum puto.

 Hæc fabula indicat, eos malefactors habendos, qui maleficiorum causa fuere.

## D E A V I B U S S C A R A B E O S timentibus. XXXVII.

M Agnus timor aues incesserat, ne scarabei arcu pilari eas occiderent, a quib. magnum pilare uim, in sterquilino summo labore fabricatam audierunt. Tunc passer, nolite inquit, expauescere. Quo modo enim pilas in nos per aera uolantes, iacere poterunt

rūt, cum eas per terram magno molimine uix trahem.

**H**ec fabula nos admonet, ne hostium opes extima  
scamus, quibus deesse uidemus ingenium.

DE VRSO ET APIBUS. XXXVIII.

**V**Rsus ictus ab ape, tanta ira percitus est, ut aliue  
ria, in quibus apes mellificauerant, tota ungula  
bus disperperet. Tunc apes uniuersæ, cum dei  
mos suas dirui, cibaria auferri, filios necari uiderent,  
facto impetu aculeis ursum inuadentes, penè necauerent.  
Qui ex earum manibus uix elapsus secū dicebat, qui  
to melius erat apis unius aculeum tollerare, quam in  
in me hostes mea iracundia concitare.

**H**ec fabula innuit, longè melius interdum esse, iniu  
riam unius sustinere, quam dum unum punire uolum  
multos nobis inimicos comparare.

DE AVCVPE & fringilla. XXXIX.

**A**veps tetenderat uolucribus retia, largamq[ue]  
lis in area effuderat escam, pascentes tan  
ques non capiebat, quia sibi uidebantur pauci  
quibus pastis ac uolantibus, aliæ pastum aduenient  
Quas quoq[ue] propter paucitatem capere neglexit. He  
per totum diem ordine seruata, ac alijs aduenientibus, se  
alijs abeuntibus, illo semper maiorem prædā expati  
te, tandem aduersa erascere coeparat. Tunc auceps ambi  
spe multas capiendi, cum iam tempus esset quiescent  
attrahens retia, unam tantu[m] fringillam, qua infel

## A B S T E M I I.

103

tre remāserat, cœpit. **L**Hæc fabula indicat, qui omnia cōprehendere uolunt, sæpe pauca uix capere posse

### DE MILITE ET EQVO. XL.

**M**iles equum habēs optimum, emit alium, nequaquam illi bonitate parem, quem multo diligenter, quam priorem nutricabat, tunc prioris sic dicit: Cur me dominus quam te impensius curat cum tibi neq; pulchritudine, neq; robore, neq; uelocitate compāratur? Cui ille: Est hæc inquit, hominum natura, ut semper in nouos hospites benigniores sint. **L**Hæc fabula indicat, hominum amertiam, qui noua etiam, si de teriora sint, solent ueteribus anteponere.

### DE SVE ET CANE. XLII.

**S**us irridebat canē odoris equum, qui domino muratore & cauda adalaretur, à quo ad artem aucupatoriam multis uerberibus, auriumq; uellitatis omnibus fuerat instructus. Cui canis: Nescis, inquit, insane nescis, quæ ex uerberibus illis sim cōsecutus? per ea enim suauissimum perdicum, coturnicum carnibus uestitor.

**L**Hæc fabula nos admonet, ne inique feramus animo præceptorum uerbera, quæ multorum honorū causa esse consueverè.

### DE TRABE BOVM PIGRI-

tiam increpante. XLIII.

**T**rabs quæ currū uchebatur, boves ut lentulos increpabat dicens: Currite pigri, onus enim leue portat

portatis. Cui boves: Irrides nos, responderunt, ignare  
que te poena maneat. Onus hoc nos cito deponimus,  
tuum autem tu quo abrumparis, sustinere cogeris, inde  
Iuit trabs, nec amplius boves conuitijs laceſſere auſe  
est. ¶ Hæc fabula quemlibet monet, ne alium inſulæ  
calamitatibus, cum ipſe pofit maioribus ſubiaceret.

## DE CARDVELE &amp; puero. XLIII.

**C**arduelis avis interrogata à puero, quo in deliſ  
habita, & ſuaibis & largis cibis nutrita fu  
rat, cur cauea agressa, regredi nollet, ut meo in  
quit, me arbitratu, non tuo pascere poffim.  
¶ Hæc fabula indicat, uitæ libertatem cunctis deliſ  
anteponendam.

DE SCVRRA ET EPI  
ſcopo. XLIV.

**S**curra quidam calendis Ianuarijs ad Epifcopum  
quendam diuitem quidem, ſed auarum, accedens,  
numiſma aureum ſtrenæ nomine petijt. Amiſa  
inſanire hominem dixit, qui crederet tātam pecuniam  
ſibi in strenam dari. Tunc ſcurra nummum argenteum  
efflagitare cœpit. Sed cum ille hoc quoq; niuum ſu  
uidere diccret, æreum quadrantem ut ſaltem ſit i tradi  
ret, orabat. Sed cum ne hunc quoq; poſſet ab Epifcop  
extorquere. Reuerende inquit pater, ſaltem benedictio  
ne tua me proſtrena imperti. Tunc Epifcopus, ſicut  
inquit, genua fili, ut te benedicam. At ego, inquit,

ſec

secura, benedictionem istam tuam tam uelim nolo. Si enim nummum æreum ualeret, eam mihi nunquam profecto concederes.

 Hæc fabula contra Episcopos & sacerdotes, conficta est, qui diuitias & opes pluris faciunt, quam cuncta ecclesiæ sacra atq; mysteria.

DE VPVPA indigne honorata. XLV.

 Inuitatæ ferè önes aues ad aquilæ nuptias, indigne ferabant upupam cæteris præferri, quia corona insignis esset, & uersicoloribus pennis ornata, cum semper inter stercore & sordes solita esset uolutari.

 Hæc fabula stultitiam eoram arguit, qui in hominibus honorandis, potius uestitum, nitorem, præstantiam, formam, quam virtutes moresq; soleant attendere.

DE SACERDOTE & pyris. XLVI.

 Acerdos quidam gulosus, extra patriæ ad nuptias proficisciens, ad quas fuerat inuitatus, reperit in itinere pyrorum aceruum, quorum ne unum quidem attigit, quamvis magna affectus fame. Quin potius ea ludibrio habens, lotio conspersit, indignabatur enim huiusmodi cibos sibi in itinere offerri, qui ad laudes accedebat epulas. Sed cu in itinere torrentem quendam ita imbrbib, auctum offendisset, ut sine uite periculo cum transire non posset, domum redire constituit. Reuertens autem iciunus, tanta est oppressus fame, ut nisi pyra illa, qua urina consperserat, comedisset, cum aliud

non inueniret, extingueretur. *Hæc fabula monet, nihil esse contemnendum, cum nihil sit tam utile & ab iectum, quod aliquando usui esse non posset.*

## DE MVL O ET EQVO. XLVII.

**M**ulus conspiciens equum, aureo freno ephippio, oj; insignem, & purpuris opertum phaleris, rumpebat inuidia, illum beatum reputans, qui continuè optimis uesceretur cibis, & decoro amici retur ornatu, se autem præ illo infelicem, qui clitellis male dolatis oppressus, quotidie maxima onera ferre eogeretur. At ubi uidit equum pugna reduntem, multis affectum vulneribus, præ illius calamitate se felicem appellabat, longè melius esse dicens, quotidiano labore durum uitium queritare, et turpiter uestiri, quam post optimos & dedicatos cibos, & tantos ornatus, mortis adire discrimina.

*Hæc fabula monet, regibus & principibus nimis inuidendum, quia diuitijs & opibus abundant, ut cum uitiam eorum longè pluribus periculis quam parum videamus esse subiectam.*

## DE PORCO ET EQVO. XLVIII.

**P**orcus conspiciens equū bellatorem, qui cataphratus ad pugnam prodibat. Stulte, inquit, quò prosperas in pugna enim fortasse morieris. Cui equus At tibi inter lutum sordes q; impinguato, quamuis nihil dignum laude gesseris, cultellus adimct uitam, mortem

nero

uero meam comitabitur gloria. **H**ec fabula innuit,  
honestius esse rebus præclarè gestis, occumbere, quam  
uitam turpiter actam protrahere.

DE CORIARIO E MENT E PEL-  
lem ursi à uenatore nondum capti. **XLIX.**

**C**oriarius ad uenatorem accedens, emit ab eo pel-  
lem ursi, pecuniamq; pro ea protulit. Ille sibi in  
præsentia pellem ursi non esse, cæterum postridie  
uenatum profectum, ursog; interfecto, pellem illius  
ei se daturum pollicetur. Corriarius animi gratia cum  
uenatore in syluam profectus, altissimam arborem af-  
cendit, ut inde ursi uenatorisq; certamen prospiceret.  
Venator intrepidus ad antrum ubi ursus latebat, profe-  
sus immisis canibus, illum exire compulit, qui, evitato  
venatoris iactu, cum prostrauit humi. Tunc uenator scie-  
ens, hanc feram in cadavera non sœuire, anhelitu re-  
tentio, se mortuum simulabat. Ursus naribus admotis, ol-  
faciens, cum illum nec naso, nec corde spirantem de-  
prehenderet, abscessit. Corriarius cum feram abesse pro-  
spiceret, ac nihil amplius adesse periculi, ex arbore se  
deducens, & ad uenatorem, qui nondum surgere aude-  
bat, accedens, illum ut surgeret monebat, interrogauit  
deinde, quid ad aurem ei ursus locutus esset. Cui uena-  
tor, monuit me, inquit, ne deinceps ursi pellem uendere  
uelim, nisi cum prius ceperim. **H**ec fabula indicat, incerta pro certis nō habenda.

I A D E

## DE HEREMITA ET MILITE. L.

**H** Eremita quidam uir sanctissimæ uitæ, militem hortabatur, ut relicta sœculi militia, quam absq; Dei offensa, et animæ discrimine pauci exercent tandem se corporis tradere quieti, & anime consulte ret saluti. Cui miles, faciam, inquit, quod mones pater, uerum enim est, quòd hoc tempore milites, neq; stipendia exigere ualeant, licet exigua sint, neq; prædari possunt. **F**abula significat, multos uitijs renunciari, quia illa amplius exercere non possunt.

## DE VIRO ET UXORE BIGAMIS. LI.

**V** ir quidam defuncto uxore, quam ualde dilexit, duxit alteram & ipsam uidiuam, quæ assidue ei prioris mariti uirtutes, fortiaq; facinora obijciebat. Cui, ut par referret, ipse quoq; defuncte uxoris mores probatissimos, pudicitiamq; insignem referebat. Quadam autem die uiro irato, pauperi eleemosynam petenti, partem eaponis, quem in coenam utriq; coixerat, dedit, dicens: Do tibi pro anima prioris uiri. Quod audiens maritus, accessito paupere, reliquum eaponis dedit, dicens: Et ego quoq; do tibi hoc pro anima uxoris meæ defunctæ. Sic illi dum alter alteri nocte cupiunt, quid coenarent tandem non habuerunt. **F**abula monet, non esse contra eos pugnandum, qui se possunt optimè vindicare.

## DE LEONE ET MURE. LII.

**L**eo laqueo captus in sylua, cum se ita irretitum uideret, ut nullis uiribus se inde posse explicare considereret, murem rogauit, ut abrofa laqueo cu liberaret, promittens tanti beneficij non immemorem futurum. Quod cum mus prompte fecisset, leonem rogauit, ut filiam eius sibi traderet in uxore. Nec abnuit leo, ui benefactori suo rem gratam faceret. Noua autem nuptia ad uirum ueniens cum eum non uideret, casu illum pede prestit atq; contriuit.

**F**abula significat matrimonia & cetera confor tia improbanda, quae ab imparibus contrahuntur.

## DE VLMO ET SILERE LIII.

**V**lmus in ripa fluminis nata, siler sibi proximum irridebat, ut debile & inuallidū, q; ad omnē uel leuisimum undarum impetu flecteretur, suam autem firmitatem & robur magnificis extollebat uerbis, quod multos annos aſiduos amnis impetus incōcūſa pertulerat. Semel autem maxima undarum violentia ulmus perfracta trahebatur ab equis. Cui siler ridens emquit: Cur me deseris uicina, ubi nunc est fortitudo tua.

**F**abula significat, sapiētiores esse qui potentioribus secedunt, quam qui resistere uolētes, turpiter superātus

## DE CERA DURITIEM

appetente. LIV.

**C**era ingemiscebat se mollem & cuicunq; leuissimo ſtu penetrabilem procreatam. Videns autem

I 3 lateros

latres ex luto multo molliori factos, in tantam duram  
eiem ignis colore peruenisse, ut multa perdurarent se-  
cula, se iecit in ignem, ut eandem duriciem consequen-  
tur. Sed statim igne liquefacta, consumpta est.

*Hac admonemur fabula, ne appetamus, quod est no-  
bis natura denegatum.*

### DE AGRICOLA MILITIAM

*O mercaturam affectante. L V.*

**A**gricola quidam ægre ferebat, se assidue terrā  
uoluere, nec perpetuis laboribus ad magna di-  
uitias peruenire, cum nonnullos uideret militis  
qui actis prælijs, ita rem auxerant, ut bene induiti inca-  
derent, & lautis epulis nutriti, beatam agerent uitam.  
Venditis igitur ouibus, capris ac boibus, equos emit et  
arma, & in militiam profectus est, ubi, cum ab impera-  
tore suo male pugnatum esset, non solum quæ habebat,  
perdidit, sed etiam pluribus vulneribus affectus est.  
Quare damnata militia, mercaturam exercere statuit,  
ut ubi maius lucrum, et minorem laborem existimat.  
Prædijs igitur uenditis, cum nauem mercibus implevis-  
set, nauigare cœperat, sed cum in alto esset, tempestate  
subito coorta, nauis submersa est, et ipse cum ceteris  
qui in ea erant, ad unum omnes periēre.

*Hæc fabula monet, quemlibet debere sua arte esse  
contentum, cum ubiq; parata sit miseria.*

### DE ASINO ET SCVRRA. L VI.

*Asinus*

## ABSTEMII.

III

**A**simus indignè ferens, scurram quandā honorari, et pulchris uestib. amiciri, quia magnos uenit edebat sonos, ad magistratus accessit, petēs ne se minus quàm scurram honorare uellēt, & cum magistratus admirantes, eum interrogarent, cur se ita honore dignū duceret, inquit, quia maiores quàm scurra crepitus uentris emitto, eosq; absq; fōtore. *Fabula* eos arguit, qui rebus leuisimis suas pecunias pfundunt.

## DE AMNE SVVM FONTEM

conuijjs laceſſente. LVII.

**A**mnis quidam suum conuijjs fontem laceſſebat, ut inertem, quod immobilis staret, nec ullos habet beret pisces, se autem plurimum commendabat quod optimos crearet pisces, & per uallos blando murere serperet. Indignatus fons in amnem uelut ingratum, undas reperiſſet. Tunc amnis & piscibus et dulci ſono priuatus, euauit. *Hæc fabula eos notat, qui bona quæ agunt, ſibi arrogant, non Deo attribuunt, à quo largo fonte noſtra bona procedunt.*

## DE VIRO maligno &amp; Dænone. LVIII.

**V**ix malignus, cū plurima perpetrasset ſclera, et ſepius captus, & carcere conclusus, arctifimè per uigili custodia tencretur, dæmonis auxiliū implorabat, qui ſepenumero illi affuit, & ē multis eum periculis liberauit. Tandem iterum deprehenſo & ſolitum auxiliū imploranti, dæmon magnum cal

eeorum pertussorum fascem super humeros habens, ap  
parauit, dicens: Amice, amplius tibi auxilio esse no pos  
sum, tot enim loca pro te liberando hancus peragra  
ui, ut hos omnes calceos contriuemus. Nulla mibi super  
est pecunia, qua alios ualeam comparare, quare per  
dum est tibi. ¶ Hæc admonet fabula, ne existimemus  
nostra semper impunita fore peccata.

## DE AVIBVS PLVRES REGES

eligere uolentibus. LIX.

**A**ves consultabat de pluribus regibus eligendis,  
cum aquila tantos uoluerū greges sola regere  
non posset, fecissentq; uoto satis, nisi cornicis mo  
nitu à tali consilio destitissent, quæ cum causam rogare  
etur, cur non plures reges duceret eligendos, quia diffi  
cilius, inquit, plures quam unu saccus implentur.  
¶ Hæc fabula docet, longè melius ab uno, quam à mul  
tis principibus gubernari.

DE MULIERE QVAE PRO  
uiro se mori uelle dicebat. LX.

**M**atrona quædam admodū pudica, & uiri am  
tissima, agre ferebat maritum aduersa ualeu  
dine detineri. Lamentabatur, ingemiscerat, &  
ut suum in uirum amorem detestaretur, rogabat morte  
ut si maritum sibi esset eruptura, se potius quam illum  
uellet occidere. Inter hæc uerba morte cernit horribili  
spectu uenientem, cuius timore perterrita, & iam sui  
noti

uoti pœnitens. Non sum ego, inquit, quæ petis, iacet ibi  
in lecto, quæ occisura uenisti.  Fabula indicat nemini  
esse amantem amici, qui non malit sibi bene esse quod alteri

DE ADOLESCENTE IN FV-  
nere matris canente L XI.

**V**ix quidam defunctam uxorem, quæ ad sepulchrum efferebatur, lachrymis & fletibus persequebatur. Filius uero eius canebat, qui cum à patre increparetur, ut amens & insanus, qui in matris funere cantaret, cum una secum moestus esse, & flere deberet, inquit. Pater mihi si sacerdotes ut canerent conduxisti, cur mihi irascaris, gratis concidenti. Cui pater, non tuum, inquit, & sacerdotum idem est officium.  Fabula indicat, non omnibus decora.

DE VIRO ZELOTYPO QVIVXO-  
rem dederat custodiendam. L XII.

**V**ix zelotypus, uxorem quam parupndice uiuere compererat, cuidam amico, cui plurimum fidebat, dederat custodiendam, ingentem pollicitus pecuniam, si eam ita diligenter obseruaret, ut nullo modo coniugalem uiolaret copulam. At ille, ubi aliquot dies expertus custodiā hanc nimis difficultem, & ingenium suum uersutia mulieris uicini comperisset, ad maritum accedens, dixit se amplius nolle hanc tam duram gerere prouinciam, quandoquidem ne Argus quidem, qui totus oculis fuit, mulierem inuitam posset custodire. Addidit

I S præce

præterea, si necesse sit, malle se anno integro saccū plenum pulicibus quotidie in pratum deferre, solutoq; se co eos in herbas pascere, uesperēq; facto, omnes domū reducere, quam una die impudicam mulierem seruare. **H**ec fabula indicat nulos custodes esse ita diligentes, qui impudicas mulieres ualeant custodire.

## DE VIRO CLYSTERIA recusante. L XIII.

**V**ix quidam natione Germanus, diues admodum agrotabat, ad quem eurandum plures accesserant medici (ad mel enim cateruatim conuolant muscae) quorum unus inter cetera dicebat, opus esse elyseis, si uellet coualescere, q; cum uir huiusmodi insuetus medicinae, audiret furore percitus, medicos domo ejri iubet, dicens eos esse insanos, qui cū caput sibi dolent, podici uellet mederi. **H**ec fabula innuit, omnia etiā salutaria insuetis & inexpertis affera & obsutura uideri.

## DE ASINO AEGROTANTE, &amp; lupis uisitantibus. L XIV.

**A**Sinus agrotabat, famaq; exierat eum cito morturum, ad eum igitur uisendum, cū lupi canesq; uenissent, peterentq; à filio, quomodo pater eius se haberet. Ille per hostij rimulam respondit. Melius quam uelletis. **H**ec indicat fabula, quod multi singunt molestè ferre mortem aliorum, quos tamen cupiunt celeriter interire.

## QUOD NVCI, ASINO ET MULIERI profunduerba. L XV.

Milia

**M**ulier quædam interrogabat nucem, secus viam natam, que à prætereunte populo, saxis impetrabatur, quare esset ita amens, ut quo pluribus maioribusq; uerberibus cæderetur, eo plures præstantioresq; fructus procrearet. Cui iuglans, es ne inquit, prouerbij immemor, ita dicentis?

Nux, asinus, mulier, simili sunt lege ligati,

Hæc tria nil recte faciunt si uerbera cessent.

**H**ac fabula inuit, sepe homines proprijs iaculis se solere confodere.

DE ASINO LABORVM ET

nem nor: inueniente. LXVI.

**A** sinus hyberno tempore plurimum angebatur, quod nimio afficeretur frigore, & durum palearum haberet uictum. Quare uernam temperiem teneras herbas optabat. Sed cū uer aduenisset, cohereturq; à domino, qui figulus erat, argillā in areane & ligna ad fornacem, indeq; lateres, imbres, tegulae ad diuersa loca deferre, pertusus ueris, in quo tot labores tolerabat, æstatem omnib. uotis expetebat, ut dominus messe impeditus, eum quiescere patebatur. Sed tunc quoque cum messem in aream, & inde domum triticum ferre compelleretur, nec quieti locus sibi esset. Autumnū saltem laborum finem fore sperabat. Sed ubi nunc quoque malorum terminum adesse cernebat, cum quotidie unum, poma, ligna portanda essent, rursus byemis

hyemis nives, & glaciem efflagitabat, ut tunc saltem aliqua sibi requies à tantis laboribus concederetur.

**H**ec fabula indicat, nulla esse presentis uita tempora, quæ non perpetuis sint subiecta laboribus.

DE M VRE, QVI C VM FELE AMicitiam contrahere uolebat. L XVII.

**M**ures complures in cauoparietis commorantes contemplabantur felem, quæ in tabulato, capite demissâ, & tristâ uultu recumbebat. Tunc unus ex eis, hoc animal, inquit, benignū, admodū et misere uide. Vultu enim ipso sanctimonīa quādā præsefert, uolo ipsum alloqui, & cū eo indissolubile necesse amicitiā. Quæ cū dixisset, & propius accessisset, à fele captus & dilaceratus est. Tūc cæteri hoc uidentes, secum dicebant: Non est profecto, nō est uultui temere credendū. **H**ec fabula significat, non ex uultu, sed ex operibus homines iudicados cum suo ouili pelle sepe atrocēs huius delitescant. DE ASINO QVI HERO ingrato seruierat. L X VIII.

**A**simus qui uiro eidam ægroto multos annos in offeso pede seruierat, semel ut fit, dum sarem pressus esset graui, & salebrosa incedit uia, sub onere ceciderat. Tunc dominus implacabilis multis uerberibus surgere compellebat, pigrū animal & ignavum nuncupans. At ille miser inter uerbera hæc secum dicebat: Infelix ego, quam ingratum sortitus sum herum,

Nam

## ABSTEMII.

17

Nam quamuis ei multo tempore sine offensa seruirem,  
tamen hoc non unum delictum, tot meis pristinis benefi-  
cijs compensat.  Hæc fabula in eos conficta est, qui be-  
neficiorum sibi collatorum immemores, etiam minimā  
benefactoris sui in se offensam, atroci pœna psequuntur

## DE LVPO SVADENTE HISTRI-

ei, ut tela deponeret. LXIX.

**L**upus esuriens, in histricem intenderat animum,  
quem tamen, quia sagittis undiq; munitus erat in-  
uadere non audebat. Exeogitata autem cum per-  
dendi astutia, illi suadere cœpit, ne paucō tempore tan-  
tum telorum onus tergore portaret, quandoquidem ne  
aliquid sagitarij, nisi cum prælij tempus instaret, portare-  
rent. Cui histrix, aduersus lupum inquit, semper pre-  
liandi tempus esse credendum est.  Hæc fabula in-  
nuit, uirum sapientem oportere aduersus inimicorum  
& hostium fraudes semper esse munitum.

## DE M V R E liberante miluum. LXX.

**M**us conspicatus, miluum laqueo aucupis impli-  
citum, misertus est avis, quamuis sibi mimicæ,  
abrofis q; dente uinculis, euolandi uiam ei fecit  
Miluum tanti immemor beneficij, ubi se solutum uidit,  
murem nil tale suspicant̄, corripiens unguibus r ostro  
lacerauit.  Fabula indicat malignos uiros huiusmo-  
di gratias suis benefactoribus solere rependere.

## DE COCHLEA PETENTE A

Ioue,

Ioue, ut suam domum secum ferre posset. LXXI.  
**C**VM Iupiter ab exordio mundi, singulis animalibus munera quæ petissent, elargietur. Coelum ab eo petit, ut domum suam posset circumferre, interrogata à Ioue, quare tale ab eo munus exposceret, quod ille graue & molestum futurum erat. Malo, inquit, tam graue onus perpetuo ferre, quam, cum mali libuerit malum vicinum non posse uitare. *Fabula dicit, malorum vicinitatem omni in conmodo fugiendi.*

## DE ERINACIO VIPERAM

hos item ejiciente. LXXII.

**E**RINACIUS hyemem aduentare praesentiens, blem de viperam rogauit, ut in propria illius cauoru aduersus uim frigoris locum sibi concederet. Quod eum illa fecisset, erinacius huc atque illuc se prouolens spinarum acumine viperam ungebant, & uehementi dolore torquebat. Illa male secum actum uidens, quando erinacium suscepit hospitio, blandis uerbis, eum ut exiret, orabat, quandoquidem locus ambobus esset angustus. Cui erinacius, exeat, inquit, qui hic manere non potest. Quare uipersentiens sibi locum ibi non esse, ictesit hospitio. *Fabula significat, eos in conformatu non admittendos, qui non possunt eisci.*

## DE LEPORE SESE VVLPI OBPE-

dum uelocitatem preferente. LXXIII.

**L**EPUS sese dignum reputabat, qui multi preuen-

tur, quoniam longe illam pedum perniciitate superabat. Tunc uulpes. At ego, inquit, ingenium sum sortita prestantius, quo saepius quam tu perniciitate tua, canes dudo. ¶ Hæc fabula indicat corporis uelocitatem & uires, ab ingenio longe seperari.

DE SENE OB IMPOTENTIAM LI.  
bidinem earnis relinquente. LXXXIII.

Vix quidam sanctitate praeditus singulari, senem quendam admonebat, ut tandem uitium libidinis dimitteret, cui uehementer insudarat. Cui se nesciobtemperabo inquit, pater sanctæ, sanctissimis optimis, admonitionibus tuis. Nam usum Veneris admodum mihi obesse sentio, & uirga non amplius erigitur. ¶ Fabula indicat, multos non amore uirtutis & Dei, sed timore poenæ & impotentia, à consuetis uitijs solere desistere.

DE AGRICOLA ET POETA. LXXV.

Agricola quidam ad Poëtam accedens, cuius a gros colebat, cum eum inter libros solum offensisset, interrogauitq; eum, quo pacto ita solus uiuere posset. Cui ille, solus inquit, tantum esse cœpi, postquam te hic contulisti.

¶ Hæc indicat fabula, eruditos uiros, qui doctissimum uirorum turba continue stipantur, tunc solos esse, cum inter illiteratos homines fuerint.

DE L VPO ouis pelle induito, qui gregem deuorabat. LXXVI. Lupus

**L**upus ouis pelle induitus, ouium se immisceruit gregi, quotidieq; aliquā ex eis occidebat. Quod cum pastor animaduertisset, illum in altissima arbore suspendit. Interrogantibus aut̄ ceteris pastoribus, cur ouem suspendisset, aiebat, pellis quidem, ut uidetis, et ouis, opera autem erant lupi. *¶* Hęc indicat fabula, homines non ex habitu, sed ex operibus iudicados, quoniam multi sub uestimentis ouiu lupina faciunt opera.

DE PATRE FILIV M AD VIRTU-  
tes frusta hortante. L X X V I I .

**P**ater quidam filium in uitijs deditū, multis hortatur uerbis, ut derelicta uitiorum uia, uirtutibus inuigilaret, quae ei laudem & decus erant pariturae. Cuius filius, frusta, inquit, pater ad hęc facienda hortaris. Multos enim prædicatores (ut aiunt) audiuit, qui longē te melius ad uirtutem hortabantur uiam, quam tamen eorum admonitionibus obsecutus sum. *¶* Fabula indicat, si uiros malignę naturę nullius hortatu à uitijs uelle desistere.

DE CANE OVES domini sui occiden-  
te, à quo suspensus est. L X X V I I I .

**P**astor quidam cani oues suas dederat custodiendis optimis illum pascens citis. At ille sępe aliquam ouem occidebat. Quod cum pastor animaduertisset, canem capiens, eum uolebat occidere. Cui canis Quid me, inquit, perdere cupis? sum unus ex domesticiis tuis

est tuis, interfice potius lupum, qui continuo insidias  
tum ouili. Imo, inquit pastor, te quam lupum morte di-  
gum magis puto. Ille enim palam se meum hostem pro-  
ficitur. Tu vero sub amicitiae specie quotidie meum im-  
minus gregem. Hæc innuit fabula, longè magis pu-  
niendos, qui sub amicitiae specie nos laedunt, quam qui  
aperte se nostros inimicos profitentur.

DE ARIETE C V M T A V=  
ro pugnante. L X X I X.

**A**ries quidam inter lanigeros erat greges, tanta  
cornuum & capitum firmitate, ut cæteros arie-  
tes statim facileq; superaret. Quare cum nul-  
lum amplius arietem inueniret, qui occursanti sibi aude-  
ret obſistere, crebris elatus uictorijs, tantum ausus est  
ad certamen prouocare. Sed primo congressu, cum in  
taurinam frontem arietasset, tam atroci ictu repercuſ-  
sus est, ut ferè moriens hæc dicerat: Stultus ego, quid  
egi? Cur tam potentem aduersarium ausus sum laceſſe-  
re, cui me imparem erexit natura. Fabula indicat,  
cum potentioribus non esse decertandum.

DE VIDVA ET Afino uiridi L X X X.

**V**Idua quædam cœlibatum exosa, nubere cupie-  
bat, sed non audebat, uerita uulgi irrisiones, qui  
maledictis eas solet incessere, que ad secundas  
transeunt nuptias. Sed mater eius, quam contemnenda  
erant pepuli uoces, hac arte monstrauit, iuſſit enim

K afinum

asinum albū, quem uidua habebat, uiridi colore depingi, & per omnes urbis flos circumduci. Quod dum fieret, tanta admiratio ab initio omnes inuaserat, ut non solum pueri, uerum etiam senes hac re insolita moti, animi gratia concomitarentur. Deinde cum huius modi animal quotidie per urbem duceretur, desierunt admirari. Itidem inquit ad uiduam mater euenerit tibi. Si enim uirum acceperis, per aliquot dies eris fabula uulgi. Deinde hic sermo continebitur. Hac fabula dicat, nullam rem esse tanta dignam admiratione, que diuturnitate temporis non definat esse miraculum.

## DE AQUILA FILIOS CV-

niculi rapiente. LXXXI.

**A**quila in altissima arbore nidulata, catulos eniculi, qui longe inde pascebatur, in eam pulorum suorum rapuerat, quam cuniculus blan-dis orabat uerbis, ut filios suos restringere dignaretur. At illa, cum ut pusillum & terrestre animal, & ad sibi nocendum impotens arbitrata, eos in conspectu matris unguibus dilacerare, & pullis suis epulando apponere non dubitauit. Tunc cuniculus filiorum morte commotus, hanc iniuriam minimè impunitam abire permisit, arborem enim quæ nidum sustinebat, radicitus effodit. Quæ leui impulsu uentorum procedens pullos aquile adhuc implumes & inuolucres, in hunc deiecit, qui à feris depasti, magnum doloris solatium cuniculo præbue-

## ABSTEMII.

123

præbuerunt.  Hæc indicat fabula, nemine potentia  
sua fretum, imbecilliores debere despicere, dum aliquan-  
do infirmiores potentiorum iniurias ulciscantur.

DE LVPO PISCE FLVVI, MARIS  
regnum affectante. LXXXII.

**L**upus pisces erat in amne quodam, qui pulchritu-  
dine, magnitudine, ac robore cæteros eisdem flu-  
minis pisces excedebat. Vnde cuncti cum admir-  
abantur, & tanquam regem præcipuo prosequerentur  
honore. Quare in superbiam elatus, maiorem principa-  
tum cœpit appetere. Relicto igitur amne, in quo mul-  
tos annos regnauerat, ingressus est mare, ut eius regnū  
sibi uendicaret. Sed offendens delphimum mira magni-  
tudinis, qui in illo regnabat, ita ab illo infectatus est, ut  
auffugiens, uix amnis ostium ingredieretur, unde amplius  
non est ausus exire.  Hæc fabula nos admonet, ut  
rebus nostris contenti, ea non appetamus, quæ nostris  
uiribus sunt longe maiora.

DE OVE PASTORI CON-  
uittante. LXXXIII.

**O**vis conuitiabatur pastori, quod non contentus  
lacte, quod in usum suum filiorumq; ab eo mul-  
gebat, insuper illam uellere denudaret. Tunc pastor ira-  
tu, filium eius trahebat ad mortem. Ecquid inquit, quis  
peius mihi facere potes? Ut te, inquit pastor, occidam,  
K 2      & lupis

¶ lupis canibusq; projiciam deuorandam, siluit onus,  
maiora adhuc mala formidans. ¶ Hæc fabula indica-  
cat non debere homines in Deum excandescere, si dimi-  
tias, si filios ipsis permittat afferri, cum etiam maiors  
et uiuentibus & mortuis posse inferre supplicia.

DE AVRIGA ET ROTA CUR-  
rus stridente. LXXXIII.

**A** Vriga interrogabat currum, quare rota, que-  
erat deterior, strideret, cum ceteræ idem nō fa-  
cerent. Cui currus, & groti, inquit, semper morosus  
& queruli esse consuecrunt. ¶ Hæc indicat fabula,  
mala solere homines ad querimoniam semper impellere.

DE VIRO AMICOS EXPE-  
riri uolente. LXXXV.

**V** Ir quidam diues admodum et liberalis, magnâ  
habebat amicorum copiam, quos ad eoenam sa-  
piissime invitabat, ad quem libentissime accede-  
bant. Volens autem experiri, an in laboribus & pericu-  
lis sibi fideles essent, omnes pariter conuocauit, dicens,  
obortos sibi inimicos, ad quos perdendos ire statuerat.  
Quare correptis armis secum irent, ut illatas sibi ulci-  
cerentur iniurias. Tunc omnes præter duos se se excusa-  
re coeperunt. Cæteris igitur repudiatis, illos tantū duos  
in amicoru numero habuit, quos deinde singulari amo-  
re prosecutus est. ¶ Hæc indicat fabula, aduersam  
fortunam amicitiae experimentum esse quam optimum.

DE

**D E V U L P E C A R N E M L E P O R I S**  
cani laudante. LXXXVI.

**V**ulpes cum fugaretur à cane, & iamiam esset  
capienda, nec ullam aliam euadendi uiam inue-  
nire se posse cognosceret. Quid me, inquit, ô ca-  
nis, perdere cupis, cuius caro tibi usui esse non potest,  
cape potius leporum illum (non procul enim lepus abe-  
rat) eius carnem suauissimam mortales esse commemo-  
rant. Canis igitur motus consilio uulpis, omissa uulpe  
leporum insecurus est, quem tamen ob incredibilium eius  
velocitatem capere non potuit. Paucis post diebus, le-  
pus conueniens uulpem, uehementer eum accusabat,  
(uerba enim eius audiuerat) quod se cani demonstra-  
set. Cui uulpes, quid me accusas lepus? que te tantopere  
laudavi, quid dices si te uituperarem.  Hæc fabu-  
la indicat, multos mortales sub laudationis specie alijs  
perniciem machinari.

**D E L E P O R E calliditatem, & uulpe celeri-  
tatem à Ioue petentibus. LXXXVII.**

**L**epus & uulpes à Ioue petebant, hæc, ut callidita-  
ti sua pedū celeritatem, illi, ut uelocitati sue cal-  
liditatem adiungeret. Quibus Iupiter ita respon-  
dit: Ab oriente mundi ē sinu nostro liberalissimo singu-  
lis animatibus sua munera sumus clargiti. Vni autem  
omnia dedisse, aliorum fuisse in iuria.  Hæc innuit  
fabula, Deum singulis sua munera ita esse æquali lance  
K 3 largitum,

largetum, ut quisquis debeat esse sua sorte contentus.  
DE EQVO INCVLTO SED VELOCI,  
et ceteris eum irridentibus. LXXVIII.

**F** qui complures ad circenses ludos fuerant ad-  
duci, pulcherrimis phalcris ornati, præter unum  
quem ceteri ut incultum, et ad huiusmodi certa-  
men inceptum irridebant, nec unquam uitorem futurum  
opinabantur. Sed ubi currendi tempus aduenit, et dato  
tuba signo, cuncti e carceribus exilere, tunc demum im-  
notuit, quanto hic paulo ante irrisus, ceteros uelocita-  
te superaret. Omnibus enim alijs post se longo interuallo  
relictis, palmam asseditus est. **F** Fabula indicat,  
non ex habitu, sed ex uirtute homines iudicandos.

DE RVSTICO PER VOCEM HOEDI  
ad Iurisconsultum admisso. LXXXIX.

**R** usticus quidam graui lite implicitus, ad quendam  
Iurisconsultum accesserat, ut eo patrono, se se ex-  
plicaret. At ille alijs negotijs impeditus renunci-  
ari iubet, se non posse nunc illi uacare, quare abiret alii  
as redditurus. Rusticus qui huic ut ueteri fidoq; amico  
plurimū fidebat, pluries rediens, nunquam admissus est.  
Tandem hoedum adhuc lactantem et pingue secū de-  
ferens, ante ædes Iurisperiti stabat, et hoedum uellieans  
illū balare cogebat. Ianitor, qui ex præcepto heri dona-  
portantes statim admittere solebat, audit a hoedi noce-  
taniam illico aperiens, hominem introire iubet. Tunc ru-  
sticus

sticus adhœdum conuersus, gratias inquit, ago hœdule  
mi, qui tam faciles mihi effecisti has fores.

*Fabula indicat nullas res tam duras difficilesq; esse,  
quas munera non aperiant.*

DE - ADOLESCENTE EX  
coitu infirmo & lupo. XC.

**A**dolescens quidam uxorem duxerat, & ipsam  
quoq; adolescentulam, formosam admodum, et  
libidinosam, cuius effrenæ libidini, dum satisfa-  
cere cupit, ita lumbos exhausit, ut paucis diebus maci-  
lentus fieret, et mortuo magis quam uiuo similis uidere-  
tur, non ingredi, non stare nō aliquid opus facere pote-  
rat, ut senex quidā apricatione gaudebat. Dum ergo in  
aprico st̄as loco, calore solis sese calefaceret, accidit ut  
venatores qui lupum fuerant insecti, illac iter haberet,  
quos cum adolescens interrogaret, cur lupum non ce-  
perant, ob incredibilem inquiuit, eius uelocitatē, illū af-  
sequi non potuimus. Tūc ait adolescens: Vxore profe-  
dio hic lupus habere nō debet, si enim uxori iūctus esset,  
nunq; tanta pedū pernicitate polleret. *Hæc indicat  
fabula, neminem esse adeo robustum & fortē, quem ni-  
mias Veneris usus non infirmum & debilem reddat.*

DE SENE IUVENEM POMA SIBI  
surripiuentem lapidibus deincepsente. XC.I.

**S**enex quidam iuuenem sibi poma surripiuentē blan-  
dis orabat uerbis, ut ex arbore descenderet, nes-

K 4 re

res suas uellet auferre. Sed cū incasum uerba fundere  
iuuenem eius aratem ac uerba contemnente, non in uer-  
bis tantum inquit, uerum etiam in herbis audio esse uir-  
tutem. Herbas igitur uellere, & in illum iacere coepit.  
Quod iuuensis cōspicatus, in uehementē risum effusus est  
& senem delirare arbitrabatur, qui crederet eū ex ar-  
bore herbis posse depellere. Tunc senex omnia experiri  
eupiens, quando inquit, uerborū & herbarum uires ad  
uersus raptorem mearū rerū nullae sunt, lapidib. agam  
in quibus quoq; dicunt esse uirtutem, lapides q; quibus  
gremiū impleuerat, in iuuuenem iacens, illū descendere  
& abire coegit.  Fabula indicat, omnia prius sapientia  
tentanda, quam ad armorum confugiatur auxilium.

## DE LVSCINIA CANTVM ACCI-

pitri prouuita pollicente. XCII.

 **V**scinia ab accipitre famelico comprehensa, cum  
se ab eo deuorandam intelligeret, blandè cum ro-  
gabat, ut se dimitteret, pollicita pro tanto benefi-  
cio ingentem mercedem sese relatarum. Cum autem ac-  
cipiter eam interrogaret, quid gratiae sibi referre pos-  
set. Aures inquit tuas, mellifluis cantibus demulcebo. At  
ego, inquit accipiter, malo mibi uentrē demulceras, si-  
tuis enim cantibus uiuere, sine cibo uero non possum.

 Hæc fabula innuit, utilia iucundis anteponenda.DE LEONE, PORCVM SIBI  
socium eligente. XCIII.

LX

**L**Eo, cum socios asciscere sibi uellet, multaque anima-  
lia sese illi adiungere optarent, idque precibus  
& uotis exposcerent, ceteris spretis, cum porco  
solum scicet atem uoluit inire, rogatus autem causam,  
respondit: Quia hoc animal adeo fidum est, ut amicos  
& socios suos in nullo, quantumuis magno discrimine  
inquam relinquit. **F**Hæc fabula docet eorum ami-  
citiam appetendam, qui aduersitatis tempore, à pre-  
fando auxilio, non referunt pedem.

DE CVLICE CIBVM ET HO-  
spitium ab ape petente. XCIII.

**C**YLEX hyberno tempore, cum fame & frigore se  
periturum coniceret, ad apium accessit aluearia  
ab eis cibum & hospitium petens. Quæ si ab eis  
fuisse consecutus, promittebat filios earum, se artem  
musicam edoceretur. Tunc quædam apis: At ego artem  
malo liberi mei discant, quæ eos à famis & frigo-  
ris periculo eximere poterit.

**F**abula nos admonet, ut liberos nostros ijs arti-  
bus erudiamus, quæ eos ab inopia ualent uendicare.

DE ASINO TVBICINE, ET  
Lepore tabellario. XCV.

**L**EO rex quadrupedum aduersus uolucres pugna-  
turus, sucrum acies instruebat. Interrogatus au-  
tem ab urso, quid ei asini inertia, aut leporis timi-  
tias ad uictoriam conferre possent, quos ibi inter ce-  
teros

K S teros

teros milites adesse cernebat. Respondit: Asinus tuba  
sue clangore, milites ad pugnam concitat. Lepus vero ob pedum celeritatem, tabellarii fungentur officio.

*F*abula significat, neminem adeo contemptibilem,  
qui aliqua re nobis prodesse non posset.

DE ACCIPITRIEVIS INTER SE  
inimicis, quos columbae pacauerant. XCVI.

**A**ccipitres inicem inimici quotidie decertabant,  
suisq; odijs occupati, alias aues minimè infesta-  
bant. Columba illorum uicem dolentes, eos mis-  
sis legatis, composuerunt. Sed illi, ubi inter se amici affa-  
cti sunt, cateras aues imbecilliores, & maximè colum-  
bas uexare & occidere non desinabant. Tunc secum co-  
lumbæ quam utilior accipitrum discordia quam con-  
cordia nobis erat.

*F*Hec m̄inet fabula, malorum inter se ciuium odio  
alenda potius quam extinguenda, ut dum inter se di-  
gladiantur, uiros bonos quietè uiuere permittant.

DE MULIERE IGNEM IN MAR-  
iti domum deferente. XCVII.

**V**ir quidam prudens uxorem ducbat. Interroga-  
tus autem ab amicis, quid sibi uellet facula illa,  
quam noua nupta accensa à paterna domo qua-  
fert rursusq; domum mariti ingressuri, accendit et in-  
trofert. Significat, inquit, me hodie ignem è socii mi-  
xibus ablatum, in domum meam inferre.

Fabuli

A B S T E M I I.

131

**F**abula significat, se penumero mulieres ignem  
quendam esse, qui mariti bona comburit.

DE P R A E T O R E R E P E T U N =  
darum damnato. X C V I I I.

**P**RATOR qui prouinciam cui profuerat, expilauit  
prat, repetundarum damnatus fuerat. Cumq; ægræ  
ablata restitueret, dicebat quidam è prouinciali-  
bus, hic noster prator mulieres imitatur, quæ foetus con-  
cupientes, mira uoluptate afficiuntur, cum autem eos  
amittunt, incredibili dolore torquentur.

**F**abula significat, aliena non esse surripienda, ne il-  
la deponere coacti, mœrore conficiamur.

DE SENE M O R T E M D I F =  
ferre uolente X C I X.

**S**ENEX quidam mortem, quæ cum è uita reptura ad  
suenerat, rogabat, ut paululum differret, dum testa-  
mentum conderet, & cætera ad tantum iter neces-  
saria prepararet. Cui mors, cur non, inquit, hactenus  
preparasti toties à me admonitus. Et cum ille eam nā  
quam à se uisam amplius diceret: Cum inquit, nō æqua-  
les tuos modo, quorum nulli ferè iam restant, uerume-  
tiam iuuenes, pueros, infantes, quotidie rapicbam, non  
te, admonitam mortalitatis tuæ? Cum oculos hebesce-  
re auditum minui, cæteros q; sensus indies defieere, cor-  
pus ingravescere sentiebas, nonne tibi me propinquare  
esse dicebam? & te admonitum negare: quare ulterius  
differendum non esse

Hac

FABVLAE AESOPI

¶ Hæc fabula indicat ita uiuendum, quasi mortuus  
semper adesse cernamus.

DE VIRO AVARO SACCUM  
lum nummorum alloquente. C.

V idcirco quid ira auarus, qui ingentem aureorū ac  
uum male partum, relicturus, moribatur, in  
rogabat sacculum nummorum, quem morientis  
sibi iusserrat afferri, quibus voluptatem esset allatum.  
Qui sacculus, hæredibus, inquit tuis, qui nummos à tanta  
sudore questos, in scortis et coniuicijs profim-  
dent. Et demonibus, qui animam tuam eternis supplici-  
is mancipabunt. ¶ Hæc indicat fabula, stultum esse  
ijs laborare, quæ alijs gaudium, nobis autem sunt alle-  
tura tormentum.

FINIS Fabularum Abstemij.

PETRI PAVLI PHANTINI DE TRIBU  
dotio in Hecathomthion consumatissimi uiri Lan-  
rentij Abstemij Maceraten, Tetrastichon.

Quod nemus Hesperiandum Panchaia, Bactra Sabæi,  
Heliolum quod habent, quod Tagus, Astur, Arda  
Cuncta tuo Abstemi nascuntur sponte uireto,  
Cuius habent siliquæ seria, non Apinas.

IOANNIS ANTRACINI MACE-  
raten, in Hecathomthion clarissimi uiri  
Laurenij Abstemij Maceraten,  
Tetrastichon.

Dicitur

Dicitur

Ductiloquos alijs scriptis superare latinos,  
Quare sumus lepidis Græcia dœcta pares.  
Te Xanthi seruus technis celebravit amoenis,  
Non minus Abstemij nos decorauit opus.

# LAVREN

III V ALLEN. IN XXXIII. FABV-  
larum Aesopi, ē Græco in Latinum sermonem  
translaturum, ad clarissimum uirum  
Renaldum Fonaledæ,

## Præfatio.

R O M I S E R A M nuperri-  
me tibi coturnices, quos ipse ue-  
natus essent, missurum. Eas cape-  
re ut homo uenandi insuetus, eū  
non possem, ad uenationem mea-  
am, id est, literas, me conuertis  
& forte ad manus uenit libellus

Græcus, ex præda nauali, tres & triginta Aesopi fa-  
bellas continens, has omnes bidui labore uenatus sum.  
Mitto igitur ad te siue fabellas, siue mavis coturnices,  
quib. oblectare te possis ac ludere. Etenim si Octavianus  
Marcumq; Antonium orbis terrarū principes, ludo co-  
turnicum delectatos accepimus, profecto tu uir literar-  
um amatissimus, literato hoc genere ludendi delectas

er 15.

